



JOAN PETRI

J. C. CARFIGNANENSIS

JOAN. PETRI  
**ACTOLINII**  
J. C. CARFIGNANENSIS,  
**RESOLVTIONES**  
**FORENSES.**



Summus SANTI PAVI PRINCEPS

JOAN. PETRI  
ACTOLINII

J. C. CARFIGNANENSIS,

*ALIAS IN CIVITATE BONONIAE ADVOCATI  
Præclarissimi, & Sanctissima Inquisitionis Syndici ac Consultoris, &  
dudum Serenissimi Ducis Mutinae Justitiæ Consilarii,*

RESOLUTIONES  
FORENSES,

SEU,

RES IN DIVERSIS FORIS, ET PRÆCIPUE  
in Civitate BONONIAE Iudicatæ

*IN QUIBUS PLURES MATERIE ECCLESIASTICÆ,  
Feudales, Emphyteuticæ, Fideicommissariæ, & aliæ Vsu frequentiores resolutivæ,  
& dilucidâ Methodo pertractantur.*

CUM PLURIBUS EORUNDÈM TRIBUNALIUM, ET PRÆSERTIM  
Sacræ Rotæ Romanæ Decisionibus adhuc non impressis, quæ in ipsismet emanarunt  
Causis, in quibus præcedentia quæque prodierunt Responsa.

*CUM DEXTERI INDICE ACCURATISSIMO ET LOCUTIVISSIMO, QUORUM  
Prior continet Argumenta Resolutionum, Alter verò Materias & Res Notabiles  
quæ in iis continentur.*



Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.

M. DC. LXXXVI.



## AD LECTOREM.



*N* anulo non esse remedium adversus detraكتورis morsum, est Aristophanis dictum, experimento ita comprobatum, ut Sapientissimi quique illum potius patienter tolerandum; quam inutiliter curatum voluerint: Imò nonnulli ex veneno conficientes antidotum, gloriae sibi verterunt hoc malum, velut Nobilissimorum Ingeniorum, operumque morbum, illis non aliter innascentem, quam Virus (ut Vulgus putat) primarius Podagra, & Purpura lancorum nobilissima innascatur Tinea: Hinc illud irrepsit Adagium mirifici prorsus solati,

*& lenimenti: Nullum pulchrum carere Momo, Censore illo videlicet, cui cum deesset quid in Venere elegantissima carperet, Sandalia velut Calcanei minus concinni, reprehendit, Quod mihi, nisi mea conscia essem tenuitatis, tanto esset Oblectamento, ut letandum Iure censerem, si quid vulneris mihi infligeretur ab illis, qui vulnerando dignitatem indicant vulnerati: Verùm cum mihi Momos non sperem, sed Iudices metuum Iudicii tam acris, quàm animi omni malevolentia (quid enim mali mihi à quoque optari possit?) vacui; Excusationem potius, quàm defensionem afferri illis, ne me nimis durè judicent, opus esse existimo: Quamobrem cum multa (BENEVOLE LECTOR) in hisce meis lucubrationibus te offensurum sciam minus erudite scripta, & emendatione digna, haec omnia ut benigne excuses, & haud aspera castigatione corripias, enixè rogo, monitus, neminem tam singularis eruditionis, & profunda doctrinae reperiri posse, qui perspicacissimo totius literarii orbis Iudicio, & Censurae expositus, rectam suorum studiorum rationem inire valeat. Hoc si (ut spero) mihi indulgendum putaveris, stimulum adjunges non levem, ut alterum Resolutionum, pro majori parte Criminalium, librum brevi perficiam, & ad Tui, & totius Reipublicae Legalis commodum luci committam. Interim Vale, legemque tuae humanitatis patere erga me inviolatam vigere.*

\*\*\*\*\*

V. D. Mauritius Girbaldus Cleric. Regul. S. Pauli, Ecclesiae Metropolitanae Bononiae Pœnitentiarius pro Eminentissimo, ac Reverendissimo D. D. Hieronymo Boncompagno Archiepiscopo, & Principe.

In publicum bonum æternamque memoriam prodire censeo Responsa hæc Excellentiss. D. Joann. Petri Actolinii, utpotè sanam doctrinam continentia, & ad Justitiæ lancem appensa. Ego Federicus Calderinus Archidiaconus Bononiae, & Sanctissimæ Inquisitionis Consultor, &c.

*Imprimatur,*

Fr. Michaël Pius Passiv de Bosco Inquisitor Generalis Bononiae.

EXCEL-





JOANNIS PETRI  
**ACTOLINII**  
 JUR. CONS. CARFIGNANENSIS,  
 Et Advocati Bonon. Præclarissimi  
**RESOLUTIONES**  
**FORENSES.**

SEV

RES IN DIVERSIS FORIS, ET PRÆSERTIM  
 Civitatis Bononiæ Iudicatæ.

PRO COMMUNITATE HOSTIANI.

CVM

Aliis Communitatibus Status Illu-  
 stris. & Excell. D. D. Ducis Sablonetæ,  
 Principis Bozuli &c.

ARGVMENTVM.

**P**RIVILEGIA concessa in remunera-  
 tionem fidelitatis, & ex aliis causis  
 onerosis transferunt in contractum, &  
 idè latè sunt interpretanda, ita ut se  
 extendant etiam ad casus insolitos belli, vel al-  
 terius ingentis necessitatis, Nec possunt in to-  
 tum, nec pro parte revocari per Principem  
 Concedentem, nec per ejus successores in Prin-  
 cipatu, etiam de plenitudine potestatis, & ex  
 causa publicæ utilitatis, nisi facta per ipsum in-  
 tegra restitutione cujuscunque pecuniarum sum-  
 mæ ex causa concessionis dd. Privilegiorum  
 exactæ. Non amittuntur per actus contrarios ge-  
 stos per Subditos, quibus fuerunt concessa, si fue-  
 rint facti coactè, per impressionem, & citrà ani-

mum iisdem Privilegiis renunciandi, Et quando  
 tales sint, & præsumantur?

SVMMARIVM.

- 1 Exemptiones, & Privilegia non extendantur ad  
 onera, ex causa necessitatis, vel publicæ utilitatis sa-  
 perveniendi imposita. & nu. 23. 5. 50. & 127.  
 Declara prout nu. 26. & seqq. & nu. 129.
- 4 Exemptiones, & Immunitates intell. antur solum con-  
 cessa respectu merum, quæ tempore Concessionis ur-  
 gebant, non autem respectu futurorum.
- 6 Privilegia, & Immunitates amittuntur per actum  
 contrarios. & nu. 93.  
 Declara ut nu. 95. & 105. 106. & 107.
- 7 Privilegium tendens in aliquid præiudicium stri-  
 cte veni interpretandum.
- 8 Privilegia concessa ab habente Iura Imperii, ac di-  
 gnitatem perpetuam, & ad heredes transmissoria  
 sunt valida. & nu. 9. & 10.
- 11 Confirmatio imitatur naturam confirmati.  
 Nec extenditur ultra quàm alius confirmabilis, sed  
 solum commensuratur nu. 11.
- 12 Prosumitur declarari mentem concedentis.
- 14 Privilegium concessum in remunerationem subditi-  
 rum fidelitatis transiit in Contractum.  
 Sicuri etiam quando est nisi, cuiusque obligatorium  
 num. 16. & nu. 15.  
 Item quando causa privilegii fuit correctiva ad ali-  
 quid saluum, vel donationem futuram impetratam.